



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Bonis Operibus Docto. Martini Lutheri Liber**

**Luther, Martin**

**Vuittemberge, 1521**

**VD16 L 7151**

Vigesimotertio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-3333**

Ita omisentes mala metu infamie, & amore laudis, quæ alioquin nequaquam v' faceret vel omisceret. Quos suo relinq iudicio, sed regim⁹ quō vere bona opera sint facienda. Ad qđ quicq; p- peni sum, nō egent vt timore dedecoris, & studio honoris aga- tur, sed habē & habere debet nobilioře impulsionē, hoc est dei p̄ceptum, dei timorē, dei beneplaciū, & eorū fidē & amorē erga deū. Qui hāc impulsione non habet, vel non curat, permittē- tes se honore vel infamia agi, accipiunt mercedē suam, vt dñs dixit, Math. 6. Et qualis est impulsio, tale est & opus & merces. Neutrū vero bonū, nisi in oculis seculi. Ego autem iudicarim tam facile hominē nondū adulterum assuefacere & agere dei timore & p̄ceptis, vt nullā re alia, Vbi vero hoc nihil p̄fuerit, necesse est eos a nobis p̄ferri, vt ppter infamia & honorem bona faciant, omittat mala. Sicut tolerare cogimur, imphos hoīes v' imper- fectos, de quib⁹ superius dicitū est. Necq; est qđ in hoc amplius faciam⁹ nisi vt eis dicam⁹, quomodo eorū factum corā deo nō sit sufficiēs & iustū, eos ita permitteſt suis ipsorum moribus, donec discant propter deū bene facere. Quēadmodū infantes donis & promissionibus parentū ad orandū, feiunandū, descendū p̄uo- cantur qđ tñ non bñ fuerit per točā facere vitā, & nunq; discere, timore dei benefacere. Multo deterius, si assueferet propter lau- dem & honorem bene facere.

#### VIGESIMOTERTIO.

Hoc tamē verū est, oportere nobis esse bonū nomē & hono- rem. Vnusquisq; igitur seſe eiusmodi preſter, vt nihil de eo mali poſſit dici, ne quisquā in eo offendat. Vt dicit f. Pau. ad Ro. 12. Proutidētes bona, non tantū corā deo, ſed etiā corā omnibus ho- minib⁹. Et 2. Cor. 4. Cōmendantes noſmetipſos ad omnē cō- ſcientiā hominū corā deo. At uero hic magna op⁹ eſt & diligē- tia & prudētia ne eiusmōi honor & nomē bonū uimefaciat, & ſibi in iſpis amore & cōplacentiā pariat. Hic em̄ pcedit verbum Solomonis: Sicut ignis in fornace p̄bar aurū, ita homo p̄batur ore laudantis eū. Necesse eſt ergo paucos & prorsus ſublimiter ſpirituales eſſe homines, qui in laudib⁹ & honoribus ita liberi & equales pſuerēt, vt nihil talit̄ amplexi, ſibi in illis nō placeant, totū liberi & vacui permanentes, ſoli deo ſuū honorē & nomen adſcribentes, & ad illum referentes quicquid habent excellentię, necq; iſpis alioſum quam ad gloriam dei vtentes, & ad utilitatem proximi, nihil autem minus qđ ad priuaram ſuī iſpiu commo- ditatem, vel prerogatiuam. Ita, vt ſibi de ſuo honore nihil preſumant, nihil efferantur, ſupra vilissimum & ſordidissimum

Timore dei,  
non ambiti-  
one prouo-  
candam ad  
bona opera  
iuuentutem,

Non bonū  
nomen, ſed  
boni nomi-  
nis abuſio  
mala eſt.

omnium moralium qui in terris vivere potest. Sed seipsum recognoscant ut seruos dei, largitoris eiusmodi honoris, ad seruendum deo & proximo. Non aliter, q̄ si eis commisser aliquod aut reos suo nomine pauperibus distribuendos. Ita dixit Math. 5. Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificant patrem vestrum qui in cœlis est. Non dicit, ut glorifcent vos, sed vestra opera, ipsi tantum ad meliorem frugem & utilitatem seruant, ut per hoc deum in vobis & in seipsum laudent. Hic enim verus est unus boni nominis & honoris, quādo deus his laudatur cum aliorum virilitate. Hominibus vero voluntibus nos ipsos, & non deum in nobis laudare, ne patiamur, sed id omnibus viribus deprecemur, & fugiamus, ut grauiissimum omnium peccatorum, & furum honoris diuini.

## VIGESIMOQ VARTO.

Quomodo  
etiam p pec-  
cata humili-  
emur.

Hincfit, ut sepa numero permittente deo, homo in grauis incidat peccata, vel ipsis iniolutius iaceat, ut tam eorum se ipso q̄ alijs infamis fiat, alioquin minime pr̄ hoc tā immanni vitio inanis honoris & nominis saluus futurus, si in magnis muneribus & virtutibus sterillet. Deum enim oportet huic peccato alijs gravibus peccatis occurrere, ut sanctum eius nomine in honore maneat. Ita unum peccatum alterius sit remedium & medicina, pp̄ter nostram pertueram malitiam, non solū omnia facientem mala, sed etiam omnibus bonis abutentem. Nunc vide quantū sit homini negotiorum, volenti bona facere opera, ipsius manibus semper magno cumulo occurrentia, quibus eū sit supatus, proh dolor ea per coecitatem sinit facere, alia pro suo arbitrio & volūtate requirens & sequens, ita, ut nemo satis contra hoc loqui, nemō satis hoc vitare possit. Cum hoc omnibus prophetis fuit negotium, qui omnes ob id trucidati sunt, tñ quod eiusmodi opera electitia, & vltro suscepit & excogitata rejicientes & damnantes dei precepta dumtaxat predicarent. E quibus Hieremias dicit. c. 7. Hęc dicit dominus exercituum deus Israel. Holocaustomata vestra addite victimis vestris & conmedite carnes, quia non sum locutus cum patribus vestris & non precepi eis in die qua eduxi eos de terra Aegypti, de verbo holocaustatum & victimarū, sed hoc verbū precepi eis, dicens. Audite vocem meam, & ero vobis deus, & eritis vos mihi populus. Hoc est, audite nō quod vobis rectū & iustum viderur, sed quod ego vobis impero, & ambulate ī omni via quam ego mandauī vobis, ut bene sit vobis. Et Deutero. 12. Quod principio tibi hoc tantum facitō, dño, nec addas quicquam, nec minus. Hęc & eiusmodi innuerables

sententiae